



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

An creditum, seu Chirographum possit minoris emi numerata, seu
anticipata pecunia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

factum sensum habere potest bonum, ut scilicet intelligatur tunc deberi à Massario maiorem valorem, quando, quia Mercator servasset, atque vendidisset alio tempore, tantum damni (deductis expensis) ex dicti Massarii mora dictus Mercator passus esset.

30. Quod si quæras, cur hæc pœnæ absolute prohibentur in Sicilia; Respondeo, propter præsumptionem multarum fraudum, & ne pœnæ immoderatas pœnæ vixentur plus nimio contrahentes. Nam ceterum pœnæ conventionales, quando sub legitimis conditionibus fiunt ad securitatem mutui, vel rei emptæ, dampnandæ ex se non sunt, ut nobiles Authores docent, Molin. 17. Lessl. 2. c. 20. d. 15. Med. quest. 3. Dicastill. 2. tract. 10. d. 2. num. 258. Castro Pal. de inst. comm. disp. 4. p. 16. de pœnæ conventionali. Vide plura apud Sperel. p. 2. dec. 137. Conditiones autem sunt hæc. Prima, ut pœna non imponatur in fraudem vsuræ, sed ut creditor suum tutò habere queat: esto, desideret moram debitoris, ut per accidens ipse creditor lucrum inde ferat. Secunda, ut sit moderata, habita ratione rei restituendæ, & culpæ debitoris. Tertia, ut debitor fuerit in notabili mora culpabiliter; sine culpa enim nemo est in conscientia ad pœnam ullam condemnandus. Differre solutionem per 20. dies, communiter non esse notabilem moram, notant meritiò nonnulli. Quarta, ut si partialiter sit satisfactum, remittatur & pœnæ pars. Quinta, ut nisi aliud exprimitur, non urgeat obligatio in conscientia, nisi post sententiam Iudicis, ut ex probabili sententia modò notavimus.

An renovari idem Contractus possit?

31. Difficultas octava: Si Massarius, seu frumenti venditor tempore præfixo ad solutionem, neque frumentum habeat, neque pretium, quo Mercator valeat satisfacere, poteritne iterum contrahere cum eodem Mercatore, & eadem vendere frumentum consignandum in sequentis anni recollectione, eundemque contractum toties renovare, quoties ipse Massarius solvendo non est; Rursus lucrum poteritne adici fortiter? hoc est poteritne pro frumento; quod nunc in secundo contractu emo, assignare pro pretio totam illam pecuniam, quam mihi debet Massarius, ex vi prioris contractus, in quo includitur lucrum metæ; Respondeo utrumque licet posse. Ratio prioris est, quia prius contractus fuit iustus, erit & secundus, & tertius, & ceteri. Ratio posterioris est, quia sicuti debitor debet mihi sortem, sic & debet lucrum metæ: ergo, sicuti cum sorte possum mihi emere frumentum, sic, & potero cum lucro metæ, lucrum metæ dico, non verò pecuniam debitam ex pœna, nec ex eiusdem pœnæ interesse, quia pœna non debetur, nisi accedente Iudicis sententia, ut dictum est. Lege Molfes. in summa, tom. 2. tractat. 12. cap. 23. num. 37.

§. VII I. De quibusdam modis contractus emptionis, & venditionis.

An creditum, seu chirographum, possit minoris emi nunciatum, seu anticipatam pecuniam.

1. Si eiusmodi creditum, sive maturum, sive immaturum sit difficile, periculosum, litigiosum, vel cum expensis exigendum, licet posse minoris emi, certum est iuxta proportionem tantum difficultatum; imò etiam iuxta temporis longitudinem, quia quod hæc productior est, eò plura pericula timentur, & eò magis rogaris. Ita Molin. d. 361. Lessl. lib. 2. cap. 21. disp. 8. Salas de empt. & vend. d. 39. & tr. de vsuris, dub. 27. legatur Dicast. 1.2. de inst. tract. 10. d. 2. dub. 20. Ratio ulterior est, quia prædicta minuunt secundum communem estimationem rerum pretia. Quare si Princeps, v.g. Petro d. leat mille, quæ Petrus difficulter posset exigere, tu

verò, propter amicitiam, vel industriam facillime licet emi minoris, etiam si ea recuperaturus sis tuo commodò, quia verò emis, quæti cum tantâ cultate creditum illud ex communi aestimatur, valet, nec tua amicitia cum Rege tibi nocere debet, ut certe nqueret, si alij possent, tu nequius tantum emere.

Quod si tuum creditum est apud eum, qui solvere non est, vendere illud non potes. Ita Barthol. 2. S. in speculo Conf. disp. 6. quest. 34. quia id moraliter est vendibile, cum nullam habeat estimabilitatem.

2. Quando nulla est difficultas, nec periculum in exigendo, ut solet accidere in certis, tuncque chirographis, seu apodixis, licet tutius sit minoris nunciatum; Probabile tamen (contra Molin. d. 361. cit. Lessl. cit. num. 21. sed cum Fagund. lib. 5. de contr. cap. 16. d. 1. dicente, id esse probabile, Laym. lib. 3. sect. 4. d. 1. alijque, quibus addatur ipse Lessl. num. 65. qui fatetur, hanc esse probabilem, eamque docuit Lessl. Lam. Lovanij, & Dicastill. lib. 2. de inst. tract. 10. d. 2. num. 414. eandem probabilem existimantem) est, non posse. Ratio est, quia iura, seu credita communem estimationem præsumuntur, quam aestimationem pecunia numerata; & meritiò: nam illa toto tempore quo non solvuntur, sunt intrinsecè inutilia. Adde, quæ ultroneas videret saltem pro tertia parte: ut communiter homines rogantur emere eiusmodi creditum, quæ hic est periculum vsuræ ex virtuali mutuo, quæ hæc est vsura venditio, & emptio illius aliquantulum in illis iuris. Potius est timendum, ne adit periculum futuri, quod certe erit cavendum, ut si valde minus pretio, sine titulo, emas. Si enim creditum mille reorum, v.g. sit tam facile, & tutum, ut post vnum vel alterum diem exigas, poteris tribus, vel quatuor lulis minus emere, & aliquando nihil minus pecunie, ut ipsi post vnum, vel alteram horam facile credimus exacturus sine difficultate sis. At si post vnum, quæque, decem annos, poteris multò minoris emere propter pericula, & difficultates, & expensas, quæ, licet nunc in casu, de quo agimus, nullæ proliis provideantur, semper tamen minora ex longiori temporis lapsu occurrere posse, rationabiliter timetur. Vnde vides, id, non esse lucratum ex mera dilatione temporis, quod est vsurarium: sed ex aliis iustis titulis, ut dictum est.

3. Hæc sunt facilia, illud magis controversum: si creditum immaturum certissimum, licet sit exactum fructuum, emi possit minori pretio, non solum à persona tertia, de qua hæctenus dictum est, sed etiam possit minoris emi, seu extinguere ab ipso debitore?

Equidem concedo cum Fagund. l. c. n. 17. esto, Molin. l. c. dicat, id esse omnino improbabile. Ratio est cadens, quæ in casu præcedente, quia minus valet ius rei, quam res; & præterea, quia si fiat sine fraude, & fuit proportionato pretio, non apparet, cur ipse debitor sit excludendus ab eo, quod potest tertius.

4. Nota tamen per diligentem: Primò, in eo casu, quod eiusmodi venditio fieret principaliter propter difficultates exigendi: si ipse debitor earum difficultatum causa, nulla ratione ipsi debitori licere minoris vendere, quia sic venderet id, ad quod removendum ipse teneretur, ipse enim teneretur difficultates solvendi removere, & hoc impedimento solvere. Ideo etiam dictum est (immaturum) nam maturum debitum nequit minoris emi ab eodem, qui illud debet, is enim pari modo ex iustitia tenetur statim solvere.

5. Nota secundò, quod dico de eodem debitor, dici debere de eiusdem Ministro; Vnde illicite & contra quæ Ministri Regij, quorum Officium sit pecunias Regias exigere, & easdem solvere creditoribus Regibus, quæ, inquam, propter hoc caput ductum ex difficultate exigendi, minoris emunt ab eisdem Regibus creditibus debita Regis; Nam Ministri hi personam Regis gerunt.

et, atque ad omnes difficultates superate ex iustitia, quo creditores integre satisfiant.

6. Ex qua posteriore notatur, evolue questionem sequentem: Petrus emit, vel conducit aliquid a Rege, eadem Regi debeat v. g. mille; Rex autem ex alio causa debet Hospitali, v. g. itidem mille. Quid ad hoc?

Respondendum excogitat Petrus: Regem orat, ut mille, quod Petrus Regi debet, solvat idem Petrus Hospitali, & sic liber sit Rex a debito, quod Hospitali debet. Hac facultate impetrata, seu cum spe eam impetrandi, emit Petrus mille minori, v. g. aureis quinquaginta, creditum illud Hospitali, & sic loco mille aureorum, quos ipse Regi debebat, solum solvit Hospitali quinquaginta, licet hac industria utitur Petrus? Illicite, & Salas apud de Lugo *max citandum*, quia Rex non poterat minori pretio extinguere illa mille, ita nec Petrus, qui a Rege illam computationem impetravit. Licet, putat de Lugo, *tom 2. de inst. d. 376. §. 1. num. 103.* quia non est minister Regis, nec dum illam facultatem impetrat, se Regis Ministrem constituit, vel se obligat ad integre solvendum.

7. Verum, nisi hic distinguas, errabis facile: Nam si illam facultatem satisfaciendi Hospitali cum iis mille aureis debitis a Rege impetrasti, postquam minori pretio emitisti ab Hospitali creditum, licet predictam indistinctam excogitasti, neque inique illam usurpas. Ratio est, quia sic nullo modo es minister Regius, quoad solvendum Hospitali, iam enim nihil Rex Hospitali debet, sed tibi, qui Hospitali aequo pretio, ut supponimus, emitisti, & ex alia parte quando illud emitisti, tuum futurum aut futurum, amicitiaque Regis tibi nocere non debuit; At verum, si eam facultatem impetrasti antequam emeris creditum ab Hospitali, illicite, & inique te geris, si post impetratam facultatem minoris emas, seu extinguis eiusmodi Hospitali creditum. Ratio est, quia quando Rex tibi licentiam illam, seu communicationem concessit, transiit in te onus solvendi Hospitali aureos illos mille; omnis autem hoc involvit etiam obligationem solvendi sine difficultate; cum ergo tu debeas ex iustitia sine difficultate solvere, contra Iustitiam ageres, si ex hoc capite aliquid exigeres; quod onus contra te certe non est, in preore calu.

8. Nota denique terro: An debitor possit sic de debito immutato convenire cum creditore? Debeo tibi centum aureos post annum, do tibi nunc 50. & alia 50. debet post annum, sed post duos, vel tres. Respondetur duplici modo id fieri: Primo, per extinctionem prius contractus, & celebrationem novi, sic, verbi gratia, dicente creditore: Accipio 50. & restituendo contrarium, quo tibi mutaveram centum; & novum celebrando, quo mutum 50. per biennium. Atque hunc modum esse licitum per se patet; Vel secundum, nihil immutando, sed retinendo idem mutuum, quoad partem non redditam, cum extensione tamen ad biennium; &c. quamvis ultionem sic esse doceat Navar. apud Caram, *max cit.* videtur tamen non esse usurarius, sed licitus, ex Caram. *la. Theol. moral. d. 13. num. 748.* cuius verba exhibebit, & approbat Dian. *part. 9. tit. 6. res. 24.* quia debitor tulit gravamen solvendi ante tempus, nimirum nunc illa 50. & Creditor subit gravamen expectandi per biennium pro aliis 50. ergo sunt sub pari gravamine; Constat, quia hic non est contractus mutui, sed innominatus: Do gravamen meum, ut des gravamen tuum, &c.

An liceat carius vendere credito, ut statim vilius numerato idem ematur, quod alicubi dicitur Porro, alicubi Pillizza, alicubi Baratto.

9. Indigens Petrus presenti pecunia emit a Mercatore, verbi gratia, pannum, credito, sub riguroso pretio, verbi gratia, centum aureorum: mox Mercator idem emit eundem pannum ab eodem Petro, pretio infimo.

mo, numerato; verbi gratia, octoginta: & Petrus remanet debitor in riguroso illo pretio auctorum centum, licet id sit?

Respondetur, in conscientia, & ex se, fieri licite. Ita Fag. *loc. cit. c. 34. Leil. loc. cit. d. 16.* modò verè, prædicti vendant, emanque, nec palliare velint mutuum, & eius usura. Ratio est, tum quia & prior, & posterior venditio iusta est, quippe iusto pretio sine fraude expeditur: tum quia tertius quilibet Mercator posset eum pannum infimo pretio emere, ut omnes concedunt, cur ergo non potest illi idem? Imò is liberat Petrum labore quarendi alium emptorem: tum denique, quia merces ultronea vilescunt; Mercator enim ut redimat prædictam mercedem, & possit rogari ab indigente illo solet. Imò in hoc casu, quo rogatur, non solum infimo, sed adhuc viliori pretio redimere posset, ut vidimus, *sup. §. 4. n. 6.*

10. Atque hæc vera sunt, etiam si Mercator nullo alio animo vendat credito, nisi ut mox vilius emit numerato, & etiam si Petrus manifestet Mercatori se emere carius, ut eidem vendat vilius, modò enim hæc in pactum nec explicitum, nec implicitum deducantur, contra iustitiam non sunt.

11. Dixi primò. (in conscientia) nam alicubi, ut Castella, id prohibetur pena exilij in Africâ per biennium, & ut debitum non exigatur, & certe Covar. *l. 2. var. c. 3. num. 6.* hunc modum contrahendi vocat genus latrocinij maxime execrandum, & iustis pœnis vindicandum.

12. Dixi (ex se) nam ex adiunctis potest non raro sublatere iniustitia, ut si ementem Mercator obliget ad sibi revendendum, tunc enim supra pretium rigorosum imponeret onus pretio æstimabile, hoc est, obligationem revendendi. Nonnemo ex timoratis mercatoribus solet mittere eiusmodi emptorem ad forum, ut si ibi inveniat, qui velit emere, vendat: si verò non inveniat, redeat, nam sic securus idem mercator infimo redimit pretio.

13. Quid contra? Indigens pecunia Antonius vendit mercatori pretio infimo libram serici, inde post mensem, verbi gratia, immò post horam redit Antonius ad eundem mercatorem, emique illam eandem serici libram, pretio summo licetene, & iuste?

Respondetur, si non fiat ad palliandum mutuum, quia sic esset usura, sed vera sit emptio, & venditio, iuste fieri eodem modo, quo hæcenus, *numeris præcedent.* dictum est, & eadem rationes persuadent. Addit Molin. *d. 376. de Lugo t. 2. de inst. d. 26. scilicet. 13. §. 1. num. 193.* favet Caram *l. 2. theol. moral. num. 856.* id posse etiam fieri cum pacto retrovendendi, hoc enim nunc in favorem retrovenditoris edis, quia iam retrovendet maiori pretio, quare nunc pactum retrovendendi non est onus, sed immò ipsius beneficium.

14. Et ita quidem, si id sine fraude fiat. Verum, ego Meliana semel de hoc interrogatus, usura reum mercatorem feci, & fraudem inspexi in eo verbo (eandem serici libram) nam Antonius, cuius illa serici libra non erat, sed accepta a Domino, ut eam in opus intexeret, quia nummis indigebat, mercatori vendidit, seu potius tradidit cum pacto, ut nullo modo alteri venderetur, sed sibi post mensem reversuto. Profectò, si serici vendentis non erat, si mercator dominum perfectum non acquisivit in remobili, quæ non facit fructus, cum non posset de illo serico disponere, quia ratione dicenda non sit hæc mera usura ex mutuo, sub illo ficto venditionis contractu palliata?

An liceat vendere, vel emere cum pacto retrovenditionis.

15. Vendo tibi, vel à te emo fundum, verbi gratia, ea lege, ut quando ego voluero, vel quando inter nos conventum fuerit, puta intra duos, quinque, decem annos, ego tui tibi reddam, te mihi reddente meum. Quæro an licita sit, atque æqua conventio?

Et quidem hunc vendendi modum aliqui vocant dare in pignus: sed loquuntur improprie, pignus enim